Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



indulgencie in forma ecclesie misericorditer perpetuis temporibus
concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no
stri statuti diffinitionis pronunciationis annexionis adiunctionis
professionis venerationis et concessionis infringere. vel ei ausu te
merario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit in
dignationem omnipotentis dei ac beatorum petri et pauli apostolorum eius
se nouerit incursurum. Datum rome apud sanctum petrum. Anno
incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octogesimo quarto
octauo idus Januarii. pontificatus nostri anno primo.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis cristifideli
bus presentes literas inspecturis. Salutem et apostolicam benedicti
onem. Pro salute populi cristiani. cuius nobis (meritis licet
insufficientibus) de alto cura commissa est. nostros prout
tenemur diffundentes iugiter cogitatus. ea libenter exqui
rimus. per que fidelium mentes per opera pietatis et misericor
die regni celestis premia valeant feliciter adipisci. ac monasteria et
alia religiosa loca que maxime in suis structuris et edificijs re
paratione et instauratione indigere noscuntur possint debite re
parari et instaurari. Cupientes igitur vt ecclesia monasterij per
prepositum soliti gubernari claustri neuburgensis ordinis sancti
augustini canonicorum regularium patauiensis diocesis. in qua sic
accepimus corpus gloriosum sancti leopoldi quondam austrie
principis requiescat. quem in primordijs nitte assumptionis ad sui
mi apostolatus apicem. ob sua grandia merita aliorum sanctorum
numero aggregauimus. congruis frequentet honoribus. dictumque
monasterium quod in prosecutione canonisationis ipsius sancti gra
ues subiit impensas. et magna debita contraxit ac in suis structu
ris et edificijs aliisque bonis ad ipsum monasterium pertinentibus. ob bel
lorum turbines. quibus partes ille retroactis temporibus proch
dolor afflicte fuerunt. passim fuit plurima damna et detrimenta.
in suis structuris et edificijs ac bonis deperditis et deterioratis hu
iusmodi aliquod recipiat relleuamen. ac cristifideles eo libentius